



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliorum Omnium Generalium Et Provincialium Collectio Regia

Ab anno CCCCLI. ad annum CCCCLXXV.

Parisiis, 1644

XXIV. De his qui fratribus suis aliquid falso obiecerint.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14887

culas accendunt, aut arbores, fontes, vel saxa ve-
nerantur, si hoc eruere neglexerit, sacrilegii reum
se esse cognoscat. Dominus aut ordinator rei ip-
sius, si admonitus emendare noluerit, communio-
ne priuetur.

XXIV.

3.q.10. Eos
qui falla.
Conc. Are-
latenfe I.
Can. 14.

Eos qui falso fratribus suis capitalia obiecisse
conuicti fuerint, placuit vsque ad exitum non
communicare, sicut magna Synodus ante consti-
tuit, nisi digna satisfactione pœnituerint.

XXV.

Distin. & so.
Hi qui post
sanctam.

Hi qui post sanctam religionis professionem a-
postatant, & ad saeculum redeunt, & postmodum
pœnitentiæ remedia non requirunt, sine pœnitentia
communionem penitus non accipient. quos
etiam iubemus ad clericatus officium non admit-
ti. Et quicumque ille, post pœnitentiam habitum
saecularem non præsumat. quod si præsumperit, ab
ecclesia alienus habeatur.

XXVI.

Hæreticos in mortis discrimine positos, si catho-
lici esse desiderant, & si desit episcopus, a presbyte-
ro cum chrismatis benedictione consignari placet.

XXVII.

Nullum ministrum, qui baptizandi recepit of-
ficium, sine chrismate vsquam debere progredi:
Conc. Arau-
fic. I. cap. 2. quia inter nos, iuxta Synodi constitutionem, pla-
cuit semel chrismari.

XXVIII.

De his qui in extremis periclitantur pœnitentia
accepta, placuit sine reconciliatoria manus im-